

Ein und zwanzigstes Concert im Saale des Gewandhauses

Donnerstag, am 19^{ten} März, 1812.

Cherubini's Missa in drei Abtheilungen. *)

Erste Abtheilung.

Kyrie eleison!

Christe eleison!

Kyrie eleison!

Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis.

Laudamus te, benedicimus te, adoramus te, glorificamus te! gratias agimus tibi, propter magnam gloriam tuam. Domine Deus, rex coelestis, Deus pater omnipotens, Domine Fili unigenite, Jesu Christe, Domine Deus, agnus Dei, filius Patris.

Qui tollis peccata mundi, miserere nostri! qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram! qui sedes ad dexteram Patris, miserere nostri!

Quoniam tu solus sanctus, tu solus Dominus, tu solus altissimus Jesu Christe.

Cum sancto Spiritu in gloria Dei Patris. Amen.

Zweyte Abtheilung.

Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem coeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium;

Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum et ex Patre natum ante omnia secula! Denm de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero genitum, non factum, consubstantiale Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, et propter

*) Damit die auf einander folgenden grossen Chöre nicht eins dem andern in der Wirkung schaden, auch es möglich werde, sie sämmtlich mit Kraft und Lebendigkeit auszuführen, wird man sich diesmal, statt einer längern, zwey kürzere Pausen gefallen lassen.

M E 9 12

nostram salutem descendit de coelis; et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine, et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum scripturas. Et ascendit in coelum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria, judicare vivos et mortuos; cuius regni non erit finis.

Et in Spiritum sanctum, Dominum et vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit; qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur; qui locutus est per Prophetas.

Et unam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam. Confiteor unum baptismum, in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum, et vitam venturi seculi. Amen.

Dritte Abtheilung.

Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt coeli et terra gloria tua. Osanna in excelsis! Benedictus qui venit in nomine Domini!

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nostri! Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.

Einlass-Billets zu 16 Groschen, sind bei dem Bibliothek-Aufwärter Schröter und am Eingange des Saals zu bekommen.

Der Saal wird um halb 5 Uhr geöffnet und der Anfang ist um 6 Uhr.

HT 1867 Z002